Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Forma pauperum clericorum expectantium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

Visual Library

mus omnino, prout ad id te ſponte obtuliſti, dimittere. Alioquin omni iuri tibi in eis, ſeu ad eas quomodolibet competenti cedere tenearis Nulli ergo &c

Quocirca &c. Mandamus quatenus vos &c. alias beneficium huiuſmodi per nos, vt præmittitur, reſeruatum, ſi tẽpore noſtræ huiuſmodi reſeruationis vacabat vel poſtea vacauit, aut cùm vacauerit, præfato N. poſt acceptationẽ eandem cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſupradictis autoritate noſtra conferre, & aſſignare curetis. Inducen. eum, vel dictum procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem beneficiorum, iuriumque, & pertinentiarum prædict. & defenden inductum &c. admitti Sibique de ipſius beneficii &c fructibus Non obſt omnibus ſupradictis. Seu ſi eidem Epiſcopo vel quibuſuis &c.

Nota alia euidentialia.

NOta, quando impetrans petit ad collationem, tunc ſcribitur tribus iudicibus eiuſdem Diœceſis, alias ſemper ſcribitur ordinario niſi impetrans ſtetiſſet ꝑ triẽnium in curia, quia tunc etiam ſcribitur tribus iudicibus in Curia, vel extra. Et poteſt recipere proceſſum in curia, ſi placet.

Nota, ꝙ quando impetrãs petit extra ſuã Diœceſ. tũc ſcribitur ordinario loci in quo impetratur. Sed ſi petat ad collationem ordinarii per, ſe tũc ſcribitur tribus Iudicibus in ſua Diœceſi.

Forma pauperum clericorum expectantium.

Innocentius &c.

DIlecti filii N pauperis clerici N. Diœceſis apud ſedem Apoſtolicam conſtituti ſupplicationibus inclinati &c Mandamus quatenus de vita, & conuerſatione ipſius N. qui, vt aſſerit, beneficium aliquod Eccleſiaſticũ non obtineat, & quem per certos examinatores ſuper hoc à nobis deputatos, de literatura examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus eſt idoneus ad beneficium Eccleſiaſticum obtinendum ſolerter, ſi eũ vitę laudabilis, & honeſtæ conuerſationis eſſe repereritis, & beneficium aliquod Eccleſiaſticum non obtineat, aliudque Canonicũ non obſiſtat, ei de aliquod beneficio Eccleſiaſtico cum cu

Si habet beneficiũ ponatur ſic, qui, vt aſſerit parochialẽ Eccleſiã N. cuius fructus &c. non excedunt. Et ſemper ponatur valor, etiã ſi in ſupplicatiõe non poneretur. Vel ſic, qui ad decimam ſi non ſunt taxat. ſic ponitur hodie. In regularibus p̃ſentationem.

ra, vel ſint cura conſueto ab olim clericis ſecularibus aſſignari, dummodo in Cathedrali Eccleſia non exiſtat. Cuius fructus, redditus, & prouentus, ſi cum cura xx. ſi verò ſine cura fuerit xv. marc argen. ſecundum tax. decimæ, ſi taxatum fuerit, ſi verò taxatum non fuerit, ſecundũ quod de ipſo pro huiuſmodi perſolui communiter cõſueuit va. an. non excedunt. Ad collationem, vel prouiſionem venerabilis fratris noſtri Epiſcopi N. pertinent. ſi quod in Ciuitate, vel Diœceſi N. vacat ad præſens, vel cùm vacauerit, quod idem N. infra vnius menſis ſpatium, poſtquàm ſibi de illius beneficij vacatione conſtiterit, duxerit acceptandum, autoritate noſtra prouidere curetis Inducen. eundẽ N in corporalem poſſeſſionem huiuſmodi beneficii. Et defenden. inductum, ac facien. eum ad illud etiam ſi Canonicatus, & præben fuerit, vt eſt moris admitti, ſibique de ipſius beneficii fructibus, redditibus prouen. iuribus, & obuen vniuerſis integrè reſponderi Contradictores &c. Non obſtan ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, vel legatorum eius ſub quacunque verborum forma literas impetrauerint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum. Quibus omnibus, præterquàm autoritate noſtra huiuſmodi beneficia expectantibus, in huiuſmodi beneficii aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quò ad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari Sed ſi eidem Epi

Quando impetratur ad collationem Abbat. & Conuen. vel aliarum perſonarum regularium, tunc ſemper ponitur communiter vel diuiſim pertinen. ſi vero aliarum perſonarum non regularium, tunc ponitur, communiter tantum. ſi vero in aliis, vt in textu.

Quando quis impetrat extra ſuam Diœceſim, tunc ponitur, vbi dictus N. propriam manſionem, vt aſſerit, elegiſſe &c. Iſta clauſula, per vos, vel alium, ſeu alios, ponitur quando ſcribitur tribus iudicibus. Quando autem ſcribitur vni tantum, tunc dicimus, Inducen. per te &c. Nota, quod vbicunque fit præiudicium ordinario, ſemper dicitur. autoritate noſtra, ſed vbicunque ipſi nõ fit præiudicium, dicitur per cenſuram Eccleſiaſticã.

ſcopo,

ſcopo, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim à dicta ſit ſede indultum, q̄ ad receptionem, vel prouiſionem alicuius minimè teneātur, & ad id compelli, aut q̄ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nō poſſint, quodq; de beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, vel prouiſionē coniunctim, vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat prouideri per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionē. Et qualibet alia dictę ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam prę́ſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri Et de qua cuiuſq; toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Volumus autem, q̄ idem Clericus quàmprimum vigore præſentium beneficium aliquod fuerit pacificè aſſecutus, dictam Eccleſiam, quàm, vt præfertur, obtinet, & quàm ex tūc vacare decernimus omnino dimittere teneatur quodque ſi tu prę́ſentes literas &c quando autem litigat &c Vt in aliis de gratia conſueuit poni Nos enim præfato Epiſcopo ne de beneficio huiuſmodi interim, etiam ante inſinuationem prę́ſentium, & proceſſuum, per eas habitorum ei factam, niſi poſtquàm ei conſtiterit q̄ idem N. huiuſmodi beneficium acceptare noluerit diſponere quomodo pręſumant diſtrictius inhibemus Decernen. irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis autoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quòd ſi nū omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominu exequamini. Dat. Romæ &c.

Volumus autem q̄ ſi tu prę́ſentes literas non potueris ſeu volueris exequi, Dilecti filii Præpoſitus & Decanus N. Eccleſiarum literas ipſas, ac omnia & ſingula in eis contēta, ſecundum ipſarum literarum tenorem exequi poſſint, & debeat, ſuper quo eis tenore præſentium mandatum damus, & etiam poteſtatem. Et inſuper prę́fato &c.

Attende ſi prius dictū fuit ad præſētationem aut prouiſionē. Vide iiij. regulā Vrbani v. cū ſequētibus. Vide titulos excōicatorum in cōmuni forma in regulis Grego. xi. Quando vnus iudicū eſt Ep̄s tunc ponitur, Tu frater Ep̄e, cum eorū altero ea nihilominus &c. Iſta clauſula, duntaxat, ponitur quando ſcribitur ordinario, ſed quando aliis ſcribitur, tunc ponitur vt in textu, & tunc ſubiungitur, quòd ſi non omnes &c.

FINIS.